

SECTIO I.

DE CURATIONE MOR-
BORVM IN GENERE.

1. *Quæ est quinta Artis Medica pars?*

QUINTA & postrema artis medice pars, quam Græci *θεραπεία*, id est, Medicatricem vocant, ea est quæ medendi optimam & legitimam rationem, id est morborum ac symptomatum, causarumque morbificatum per convenientia remedia sublationem & sanitatis labefactaræ restaurationem præscribit ac docet. Quæ præclarissima artis pars, finis est totius artis. Propter hanc enim solum expeditur ars medica.

2. *Curatio seu Medicatio quid est?*

Curatio seu Medicatio est recta atque conveniens remediorum in profligandis morbis usurpatio. Eorum autem recta usurpatio est, cum recta ratione, idonea quantitate, & legitimo modo corpori adhibentur.

3. *Qualia debent esse Morborum remidia?*

Remedia omnia ea dicuntur quæcunque morbum sive affectum corporis præternaturalem depellunt. Morbus autem omnis contrariis profligandus est. Contraria enim sunt Morborum remidia.

N.

Nugatur igitur Philippus Bombastus, qui se Theophrastum Paracelsum appellat, & ut totius philosophiae principia, ita & hoc certissimum *άξιωμα* Medicum e-vertere conatur, & non contrariis contraria sed similia similibus curari contendit. Rara enim & constans est Medicationis Lex, Moxbos omnes contrariis curari. Quod enim quidam morbi aliquando per sibi similia curentur, & febres ardentes per calidam radicem Rhabarbari, aut succum Scammonii, id contingit non propter similitudinem febris & Rhabarbari, sed per contrarias actiones, auferendo causam febris. Est itaque Rhabarbarū febris causæ contrarium, & curat causam morbi per se, morbum autem ipsum per accidens. Sic lassitudo curatur per exercitium, quia causa lassitudinis, quæ est humor per musculos diffusus, per exercitium discutitur.

4. *Quæ qualitates Morborum & Medicamentorum sunt ad invicem contraria?*

Contraria vel contrarietas in arte Medica, non tantum de qualitatibus, sed & quantitate & actionibus dicuntur.

Præcipuae autem contrarietas morborum & remediiorum in sequenti tabella comprehenduntur.

Tabella

Tabella contrariorum morbis Re-
mediorum.

Frigidis		Calefacentia
Calidis		Refrigerantia
Humidis		Exiccantia
Siccis		Humequantia
Crassitici		Extenuantia
Tenuitatis		Incrassantia
Duriciei		Emollientia
Molliciei	Con-	Indurantia
Lenitatis	tra-	Exasperantia
Coacta-	re me-	Dilatantia
tionis	dia	
Occlusionis	sunt	Aperientia
Plenitudinis		Evacuantia
Vacuitatis		Replentia
Humorū ex-		Sedantia
agitationis		
Humorū de-		Inhibentia
fluxionis		
Humorum		Incidentia
lentoris		
Humorum		Lenientia
acrimoniae		
Humorum		Alexipharma-
putredinis		ca.

5. Quotuplex est morborum Curatio?

Medicorum celeberrimi quique negotiis seu curatriecem Medicinam sumptis differentiis à materia Medica, qua in curandis morbis utuntur, in tres partes
sive

sive in tres curandi species diviserunt,
 $\chi\alpha\mu\gamma\epsilon\gamma\eta\kappa\lambda'$ quæ manuali operatione fo-
 ris remedia applicat, $\delta\alpha\mu\theta\eta\kappa\lambda'$ quæ vi-
 etus ratione morbo contraria medetur, &
 in $\phi\alpha\mu\alpha\eta\kappa\lambda'$ quæ contraria morbo
 medicamenta & intus & foris adhi-
 bet.

6. *Que Medicatio est laudatissima?*

Ea curatio salutaris, & laudatissima
 est, quæ cito, tuto & iucunde perficitur.
 Oportet itaque medicum cito curare
 quantum fieri potest. Longa enim dilata-
 tio & molesta est & periculosa ægrotan-
 ti. Debet & tuto curare, aut saltem
 non noceat & periculosa excitet sympto-
 mata. Iucunde autem is curat, qui non
 excarnificat, sed blande, benigne, & mi-
 tissime ægrotantem tractat. Id præstare
 est insigne Dei donum in medico.

7. *Quarum rerum noticia instrutus esse
 debet Medicus ad curationem mor-
 borum accedens?*

Sex sunt Medico morbos feliciter cu-
 ratur scitu necessaria.

I. Noticia ponderum ac mensurarum
 medicinalium & characterum quibus ea
 in Medicorum libris depinguntur.

II. Noticia remediorū usitatorū quibus
 cum ad concoquendos humores vitiosos,
 tum ad expurgandos utimur, & quæ cu-
 ius-

iustilibet remedii sit dōens sive exhibendi
quantitas.

III. Noticia remediorum cum simpli-
cium tum compositorum, quæ principali-
oribus corporis partibus tota sua sub-
stantia medentur.

IV. Viæ ac meatus corporis, per quos
ex partibus principalioribus, vitiosi hu-
mores commode per medicamenta éva-
cuandi sunt.

V. Noticia formæ remediorū compo-
rum in qua medicamenta usurpari solent
in curatione morborum.

VI. Generalissima axiomata & regulæ
in omni curatione observandæ.

SECTIO II.

DE MEDICAMENTORVM PONDERIBVS ET MENSURIS.

I. Quæ & quot sunt pondera ac mensurae medi-
cinales, & quibus characteribus notulisque
in Medicorum libris adnotantur?

VETERIBUS Medicis longe plu-
res fuerunt ponderum ac mensu-
rarū species & notulæ quibus bre-
vityatis causa in suis scriptis utebantur.
Hoc autem seculo 14. tantum notulis &
literis